



257

Einladung

zur

öffentlichen Prüfung und feierlichen Entlassung,

im

hiesigen Gymnasium

am 4^{ten} und 5^{ten} Julius

und

zu den öffentlichen Prüfungen

in der Domschule

am 6^{ten} Julius,

in der zweiten und der russischen Kreisschule

am 7^{ten} Julius.



De Apaturiis Atheniensium

brevem disputationem

praemisit

LUDOVICUS KÜHN,

praeceptor Gymnasii Rigensis.



R i g a ,

gedruckt in der Müllerschen Buchdruckerei.

1832.

Der Druck ist gestattet.

Dorpat, den 17. Juni 1832.

J. Parrot, Zensor.

Est.



3283

De Apaturiis Atheniensium.



Qui accuratiorem Apaturiorum descriptionem legere cupiunt, hi adeant Meursii librum de Graecia feriata, atque cum hoc conferant Corsinii Fastos Atticos, qui multa addidit et rectius constituit; hic etenim tantummodo de origine horum solemnium est disputandum.

Duplex quidem jam antiquitus de Apaturiis exstitit sententia, sed vulgatissima eorum fuisse videtur, qui haec solemnia, in honorem Bacchi instituta, ab ἀπάτη seu fraude, qua ille Deus Melanthum, Atheniensium regem, cum Xantho, Boeotorum rege, singulari certamine congregientem adjuverit, nomen invenisse crediderunt. Eandem sententiam nostris temporibus amplexus est Creuzer eamque argumentis firmare studuit satis argutis. *) Verum ut nihil moremur analogiæ leges, quæ isti nominis derivationi minime favent, in ipsa tamen, qua haec solemnia agebantur, ratione plurima insunt, quæ aliam

*) Creuzer Symb. III. pag. 505.

eorum esse originem, aliamque nominis significationem satis nobis persuadeant.

Scilicet *φρατριῶν*, in quas Atheniensium populus erat divisus, haec solemnia fuisse, modum, quo ea agebantur, intuenti dubitare vix licebit. Etenim primo Apaturiorum die *φράτορες* ad coenam convenisse dicuntur, unde hic dies *δορπία* (a *δόρπος*, coena) est vocatus. Praeterea eosdem hoc die de rebus ad *φρατρίαν* spectantibus deliberasse non improbable videtur. Altero deinde die Jovi et Minervæ, diis *φρατρίους* s. diis *φρατριῶν* tutelaribus sacra sunt facta, ex quo hic dies *ἀναρρῶσις* (ab *ἀναρρῶω*, immolare) est dictus. Videntur *φρατόρων* filii in *φρατρίαν* recipiendi, qui inter sacra circum aram erant collocati, hisce diis esse consecrati. Tertio denique die *φράτορες*, qui filios in *φρατρίαν* recipi cupiebant, immolata ove vel capra, jurejurando confirmarunt, filios legitimo modo ex se esse prognatos, quo facto hi in album curiale s. *κοινὸν γραμματεῖον* sunt inscripti. Tertius dies *κουρεῶτις* est nominatus sive a *κούρος*, puer, sive a *κουρά*, tonsura, quia pueri in *φρατρίαν* recepti hoc die tonsi esse dicuntur.

Videmus igitur singulos Apaturiorum dies a rebus nomina traxisse ad *φρατρίαν* spectantibus, quas quum omnibus reliquis institutis potiores fuisse satis inde appareat, haud improbable est, totius quoque festi nomen ex eodem fonte esse ortum. Quare praeferenda haud dubie est altera nominis derivatio ab *ἀπάτωρ*, quæ et analogiæ legibus optime convenit, et ipsius solemnium rationem egregie declarat. *Ἀπάτωρ* enim satis nota τοῦ α ἀθροιστικοῦ significatione, quam in *ἄλοχος*, *ἀδελφός* aliisque conspici licet, idem esse potest quod *ὁμοπάτωρ* seu *φράτωρ*, ita ut *Ἀπατούρια* nihil aliud sit nisi ἡ τῶν ἀπατόρων s. *φρατόρων* ἑορτή.

Dubium igitur esse non potest, quin alia atque vulgo ferebatur, Apatu-

riorum fuerit origo, quam tamen, quum historia taceat, non nisi conjectura assequi licet.

Ac mihi quidem videntur uti *φρατρία* et *γένη*, ita et Apaturia antiquiore tempore solorum fuisse *Εὐπατριδῶν*, ab iisdem instituta ut caverent, ne alii cives in ipsorum ordinem irreperent; deinde autem, mutata reipublicæ forma, reliquos quoque cives in *φρατρ.* et *γέν.* esse descriptos et Apaturia a cunctis esse concelebrata. Namque, quod primum ad *φράτορας* et *γενήτας* attingit, credere quidem fas est serioris aevi auctoribus asseverantibus, nulla illos cognatione inter se fuisse conjunctos, sed meram haec vocabula innuisse necessitudinem civilem, *) id quod vel hoc confirmatur, quod triginta cives confecisse singula *γένη*, triginta autem *γένη* singulas *φρατριάς* ab iisdem edocemur. Attamen recte statuere mihi videntur, qui hanc *τοῦ φράτωρ* et *γενήτης* significationem seriore demum tempore ortam esse existimant, quum illam *φρατριῶν* in triginta *γένη* et *γενῶν* in triginta *γενήτας* divisionem inde ab antiquissimis temporibus locum habuisse, solis Pollucis, Harpocratonis et Moeridis, Suidæ, Etymologici magni et Phavorini nitatur testimoniis. *Φρατρία* enim, sive hoc pro *φρατρία* dictum esse statuas, sive a *φράτωρ* s. *φράτηρ* derivare malis, proprie significat necessitudinem hominum, cognationis vinculo inter se conjunctorum, **) et si fuerunt, qui hoc vocabulum a *φρέαρ*, vel a *φράσσω* derivarent, propterea hoc fecisse sunt censendi, quod genuinam significationem ad serioris temporis *φράτορας* non amplius quadrare intellexerant. Multo magis hoc valet de altero vocabulo, *γένος*, cum, qui ad idem pertinerent *γένος*, non modo *γενῆται*, verum

*) Suidas v. *γενῆται*: οὐχ οἱ ἐκ γένους καὶ ἀφ' ἅματος προσήκοντες, ἀλλ' οἱ ἐκ τῶν γενῶν τῶν συννεμεμένων εἰς τὰς φρατριάς· οὗτοι δὲ εἰσι καθάπερ οἱ δημόται καὶ φράτορες, νόμῳ τινὶ ἔχοντες κοινωνίαν.

**) Dicaearchus: ὥστε πάτρα μὲν, ὅνπερ ἔπομεν ἐκ τῆς συγγενείας τρόπον, ἐγένετο μάλιστα γονέων σὺν τέκνοις, φρατρία δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀδελφῶν.

quoque συγγενείς, ὁμόγονοι et ὁμογάλακτες dicerentur, haberentque gentium Romanarum instar communia sacra, quæ in Etym. Magn. συγγενικὰ ὄργια nominantur, *) eorundemque esset hominem, qui γενίτην interfecerat, ultione prosequi, quæ omnia in antiquitatis civitatibus non nisi in homines cecidisse, qui genere essent propinqui, inter omnes constat. Quodsi autem credibile est φρατρίας et γένη antiquiore tempore nullos continuasse nisi genere propinquos, etiam hoc inde sequi videtur, non ad quosvis cives pertinuisse illam in φρατρ. et γεν. descriptionem, sed propriam fuisse nobilium ordini, quos Athenis Εὐπατριδᾶς esse appellatos, neminem fugit. Etenim cum ipsa res suadere hoc videtur, tum sermonis graeci consuetudo magis confirmat, quum γένος saepissime κατ' ἐξοχήν dicatur gens nobilis et antiqua, et γενναῖος is nominetur, qui a claris descendit majoribus. **) Eodem modo Romani *generosum* nuncupabant, qui illustri loco erat natus et antiquiore tempore soli se gentem habere patricii gloriabantur. ***) Omnino autem utriusque civitatis, Romanæ et Atheniensis, magna est similitudo, cum in multis aliis, tum etiam in mutationum vice, quibus utraque fuit obnoxia. Athenis et Romae etenim ab initio reges fuerunt, quos secutum est Patriciorum imperium, usque dum plebeji, ut ipsis quoque liceret summis in republica honoribus fungi, impetrarunt.

Solonem fuisse, qui civibus, Εὐπατριδῶν ordini non adscriptis at divitiis prae ceteris pollentibus, aditum ad honores et munera civitatis censu instituto paraverit, Plutarchus est auctor. Sed rem a Salone tantum inchoatam perfecisse censendus est Clisthenes, quem omne, quod adhuc inter

*) Etym. Magn. γενῆται συγγενικῶν ὀργίων ἢ θεῶν μετέχοντες, ἀφ' ὧν ὀργεῶνες ὠνομάσθησαν.

***) Socrates apud Platonem (Alcib. § 35.) Alcibiadem genus ad Jovem referentem ironice appellat: ὦ γενναῖε Ἀλκιβιάδη.

****) Liv. 10, 8.

Εὐπατρίδας et reliquos cives fuisset discrimen sustulisse credo, hisce in *φρατρίας* et *γένη*, *Εὐπατριδῶν* instar, consociandis. Etenim quum Clisthenis institutis imperium populi esse promotum veteres perhibent, et tanquam caput rei hoc tantum memorant, eum quatuor, quæ adhuc fuerant, *φυλαιο*s sex addidisse novas, easdemque in *φρατρίας* et *γένη* descripsisse, hoc certe ita intelligi non modo licet sed fere oportet, eum his ita institutis, jura, quibus antiquæ illæ gentes singularibus antea fuerant gavisæ, novis gentibus a se factis impertivisse, ita ut, quod a Theseo discrimen inter *Εὐπατρίδας* reliquosque cives stabilitum esse dicitur, nunc esset sublatum et *Εὐπατριδαι* dicerentur, quicumque cives Athenienses ciere possent parentes.

Atque in his novis *φρατρίαι*s et *γένεσιν* condendis, quum in tanto civium numero, quorum multis fortasse ne unus quidem esset cognatus superstes, cognationis respectum habere non posset, hanc rationem iniisse Clisthenem suspicor, ut cives sociaret simili quadam vitæ conditione utentes, et *φρατρίας* et *γένη* certo civium numero constare juberet, a quo tempore illam alteram, *τοῦ φράτωρ* et *γενέτης* significationem, quam Pollux et Etym. M. nobis servant, esse ortam mihi quidem non improbabile videtur.

Sed redeundum est ad Apaturia, quæ propria fuisse antiquis illis *Εὐπατριδῶν* gentibus proprie ita dictis jam supra indicavi. Etenim quum Apaturia non nisi ab iis, qui *φρατρία* erant adscripti, celebrata esse certissimum videatur, ante Clisthenem autem maximus civium numerus esset *ἀφράτωρ*, sequitur, ad paucos tantum ea solemnia pertinuisse, quos *Ευπατρίδας* sensu angustiore dictos fuisse, et ex iis apparet, quæ de vocibus *φράτωρ* et *γενέτης* jam disputata sunt, et ipsa Apaturiorum ratio magis confirmat. Fuerunt hæc solemnia, ut supra memoratum est, parvulis *φρατόρων* filiis solemni modo in *φρατρίαν* recipiendis dicata, in quo ad hoc maxime attendendum est, quod *φράτορες* conceptis verbis jurare debebant, esse filiolos

Ἀθηναίους ἐξ αὐτῶν Ἀθηναίων. Quo jurejurando quorsum opus fuerit, nisi φράτορες singularibus quibusdam inter reliquos cives usi fuissent juribus, quorum filii eorum in Apaturiis hereditatis jure fierent participes, equidem non intelligo. Talibus autem juribus haud dubie ad posteros tradendis a Theseo praeditos esse *Εὐπατρίδας*, Plutarchus est auctor. *) Huc accedit, ut, si illam in φρατρίας et γένῃ divisionem omnibus semper civibus communem fuisse statuamus, altera populi Atheniensis divisio in δήμους, difficillima sit explicatu, facillimam contra habeat explicationem, si φρατρίας et γένῃ propria *Εὐπατρίδας*, δήμους autem cunctis civibus fuisse communes credamus.

At tum quoque, quum Clisthenes sexaginta fere millia civium translatis in eos priscarum gentium juribus ac privilegiis nobilitasset, φρατρία stabiliendo cuidam inter cives discrimini inservire potuerunt. Minime enim omnes cives, etiam eos, qui propter paupertatem nec oneribus publicis ferendis nec muneribus civitatis gerendis erant idonei, et θῆτες vocabantur, sed cives tantum duarum vel trium superiorum classium in novas φρατρ. et γεν. esse receptos credere fas est. Praeterea autem τὸ κοινὸν γραμματεῖον, cui φρατόρων nomina sunt inscripta, a λεξιαρχικῷ γραμματεῖω, quod δημοτῶν continebat nomina, in hoc distulisse credo, quod illud stemmatis gentilicii instar esset adornatum, ex quo stirpis antiquitas cujusvis φράτορος facile posset cognosci, ita ut et singulae φρατρία dignitate essent superiores vel inferiores, pro diversa civium, quos continebant, conditione. Seriore tamen tempore, quum Aristides et Pericles effecissent, ut infimae quoque isti civium classi rei publicae munera obire liceret, fortasse factum est ut omnes ad φρατόρων eveherentur dignitatem, ita ut qui seriore tempore de Apaturiis scripserunt, quum prisca φρατόρων ratio non amplius esset perspicua, facile in

*) Plutarch. Theseus, 24.

varios incurrere possent errores. Ceterum etsi quae de Melanthe nobis sunt tradita Apaturiis originem dedisse credibile non est, tamen ideo tanquam merae fabulae non prorsus sunt negligenda, quum eum in Apaturiorum ratione quaedam immutasse veri est simillimum.

Apaturia enim secundum eam, quam hic sequimur, nominis derivationem diu ante Melanthe instituta esse, *) monere vix opus est, pendetque quaestio de tempore originis eorum ab illa altera, quo tempore *Ευπατριδῶν* ordo sit institutus. Disertis quidem verbis Theseo tribuit Plutarchus, quod tamen ita fortasse est intelligendum, ut Theseus, quibus juribus *Ευπατρίδαι* in singulis illis civitatibus minoribus, quae ante Athenas conditas in Attica fuisse dicuntur, fuissent usi, eadem etiam in nova civitate a se condita tantum sanxerit. Videtur autem *Ευπατριδῶν* Atheniensium origo explicanda esse ex historiae ut ita dicam analogia, ita ut quomodo in plerisque aliis civitatibus et antiquis et recentioribus ordinem nobilium exstitisse certis historiae constat testimoniis, eodem etiam inter Athenienses eum enatum esse credamus. Atque quum aliarum terrarum consulimus historiam, inveniemus, eos plerumque in quavis terra nobilium constituere ordinem, quorum majores illam armis aliquando occupaverant. Ita medio aevo in Italia Gothos et Longobardos, in Anglia Saxones et Normannos deinceps imperitasse legimus, et Graecos recentiores Turcarum imperio parentes quam maxime videmus. Priscos autem Atticae incolas, quos Herodotus Pelagicae stirpis fuisse condendit, dominos saepius mutasse, **) et nomina docent *φυλῶν* priscis illis temporibus saepius mutata, et illa comprobant, quae de Cecrope et Xutho memo-

*) Jam Aethram, Thesei matrem, Minervae Apaturiae templum in insula Sphaeria, quo loco filium enixa esset, aedificasse, Pausanias narrat Attic. 33.

**) Herod. 8, 44.

riae sunt tradita. Quantam tamen potestatem Iones, quos postremos in Attica consedissee constat, in terrae illius incolas habuerint, et dialectus evincit Atheniensium ionica, et inde etiam apparet, quod nomina φυλῶν per mille fere saecula ad Ionis filios referebantur. Nullus igitur dubito, quin *Ἐπικριδαί* fuerint posteriores eorum Ionum, qui Atticam sibi subjecerant, quibus fortasse pauci ex indigenis essent admixti; ab iisdem autem Apaturia in Atticam sive esse allata, sive tum demum, quum eam occupassent, eo quo supra indicavi consilio instituta, cum ipsum nomen suadet Apaturiorum originem prodens ionicam, tum inde intelligi potest, quod illa solemnia, teste Herodoto, soli Ionum populo peculiaris fuerunt. *)

*) Herod. 1, 147. Omnino iis, quae Herodotus inde a capite 143mo libri primi narrat, sententia hic prolata magis confirmari mihi videtur. Iones nimirum credo plerisque, quum potestatem, quam hucusque inter reliquos Atticae incolas exercuissent, tueri amplius non possent, in Asiam migrasse illasque duodecim urbes condidisse. Jam facile inde intelligitur, quare Athenienses Ionum nomen, quo illi duodecim urbium incolae superbirent, repudiaverint, hi contra sese solos pro Ionibus habuerint genuinis, seque aliis Ionibus generosiores putaverint.



IMPRIMATUR

ea lege, ut, simulac typis excusum fuerit, coetui explorandis libris constituto quinque exempla tradantur.

Dorpati Livon., die XXII. Maii MDCCCXXI.

Frider. Erdmann, Censor.

Seitdem der letzte öffentliche Schulaetus gehalten worden, sind zwei Jahre vergangen. Denn als im Mai vorigen Jahres die Cholera hier ausbrach, ward es wegen der Unbekanntschaft mit dem neuen Uebel für nothwendig erachtet, die Schulen zu schließen, welchen die Besorgniß der Aeltern bereits die Schüler zu entziehen begann. Der Schulbesuch war ausgesetzt vom 18. Mai bis zum 11. August, da wieder die volle Thätigkeit in den Schulen fortgesetzt wurde. In diese Zeit fallen die öffentlichen Prüfungen mehrerer hiesigen Schulen, welche nun nicht gehalten werden konnten, so wie auch die Schulrevision durch ein Mitglied der Schulcommission unterblieb. Seitdem nun hat das hiesige Gymnasium einige Veränderungen erlitten, von denen hier Bericht zu geben schicklich erscheint.

Als der Actus im Jahre 1830 hier gehalten wurde, waren zwei Oberlehrer, Herr von Freymann und Herr Dr. Hausmann, im Begriff, dem erhaltenen Rufe an das Gymnasium zu Mitau zu folgen; und verließen auch während des Ferienmonats unsre Stadt und unsre Anstalt, begleitet von den guten Wünschen ihrer bisherigen Collegen und Schüler. Ihre Stellen wurden noch im Laufe desselben Ferienmonats wieder besetzt, so daß ganz und gar keine Vacanz eintrat, und zwar die Oberlehrerstelle der griechischen Sprache durch Herrn Alexander Theodor Sverdsjd, bisherigen Inspector an der Ritter- und Domschule zu Reval, und die der mathematischen und physikalischen Wissenschaften durch den Candidaten der Philosophie und Theologie Johann Friedrich Sothen, aus Livland gebürtig. Dieser talentvolle und geschickte Mann, der sich bald als einen trefflichen Lehrer bewährte, genoss leider einer sehr schwachen Gesundheit, die ihn oft in seiner Thätigkeit störte. Als er im Mai vorigen Jahres beim Ausbruche der Cholera die Stadt verließ und aufs Land ging, ward das Brustübel, woran er litt, so bedeutend, daß man wenig Hoffnung für sein Leben haben konnte; und obwohl er beim Wiederbeginn der Schulen im August zur Stadt zurückkehrte, so war er doch nicht mehr im Stande, die Geschäfte seines Amtes zu verrichten, und endete sein Leben am 26. desselben Monats. Das Gymnasium veranstaltete ihm am 14. September eine öffentliche Todesfeier (vgl. Stadtblätter von 1831, Nr. 39). Seine Stelle konnte für dieses Halbjahr nicht sogleich wieder besetzt werden; die mathematischen Stunden wurden nach Möglichkeit vertheilt, so daß der mathematische Unterricht nicht gänzlich fehlte, und das Lehrer-Collegium ward durch die lobenswürdige Bereitwilligkeit eines wissenschaftlich gebildeten Mitbürgers, des Hrn. Apothekers Seezen, unterstützt, welcher, mit höherer Genehmigung, den Vortrag der Physik in der ersten Klasse, wöchentlich vier Stunden, übernahm. Mit dem Anfange dieses Jahres kam stellvertretend in die vacante Stelle Herr Dr. Martin Gustav Deeters, aus Riga, der nunmehr auch für diese Stelle bestätigt worden.

Die Zahl der Schüler des Gymnasiums ist sich in diesen zwei Jahren ziemlich gleich geblieben; sie beträgt gegenwärtig 204. Zur Universität entlassen hat das Gymnasium zu Weihnachten 1830 acht Jünglinge; im Sommer 1831 zwölf, von denen zwei das Zeugniß Nr. I. erhielten, und zu Weihnachten 1831 vier; überhaupt also 24, von denen sich 5 der Theologie, 4 der Jurisprudenz, 15 der Medicin zu widmen beabsichtigten.

Im Studienplane der Anstalt ist nichts geändert, sondern den gesetzlichen Vorschriften darüber genau nachgelebt worden. Die Herren Lehrer haben ihre Lectionen gewissenhaft gehalten, und sind bemüht gewesen, bei ihren Schülern Klarheit der Einsichten und Liebe für die Wissenschaften zu vermehren. Der Fleiß der Schüler kann im Ganzen rühmlichst erwähnt werden, obwohl es unter einer großen Anzahl an unrühmlichen Ausnahmen nicht fehlen kann; die oberen Klassen gehen den unteren mit gutem Beispiele vor, und geben sich zum größten Theile auch Mühe, in Ablieferung der schriftlichen Arbeiten diejenige Ordnung und Regelmäßigkeit zu beobachten, welche, zu großem Nutzen fürs ganze künftige Leben, nie zu früh geübt werden kann.

Auf die Disciplin in der Anstalt ist man bemüht gewesen mit aufmerksamem Auge zu wachen, damit nicht bloß das Erkenntniß gemehret, sondern auch die sittliche Bildung gefördert würde; und man darf vielleicht annehmen, in dieser Rücksicht das Bessere in manchen Stücken herbeigeführt zu haben. Ein Disciplinar=Vergehen schwerer Art, welches im März v. J., nicht eben in der untersten Klasse, vorfiel, und durch die nothwendig gewordene Maassregel zur Entdeckung der Schuldigen, im Publikum allgemeiner bekannt und besprochen wurde, hat freilich für die dabei Betheiligten herbe Folgen, aber auch die wohlthätige gehabt, daß jene Klasse sich seitdem eines im Ganzen lobenswerthen Betragens befleißigt hat.

Zweckmäßige Vermehrung der Sammlungen, welche unsrer Anstalt gehören, ist ebenfalls Augenmerk der Schulverwaltung gewesen. Hervorgehoben zu werden verdient etwa die Anschaffung der Original=Ausgabe von Karamsin's Geschichte des russischen Reichs, des Pierschen Encyclopädischen Wörterbuchs der Wissenschaften, Künste und Gewerbe, und der jetzt erscheinenden Ausgabe von Forcellini's Lexicon totius latinitatis; die Bereicherung der Bibliothek durch zweckmäßige Bücher, die in einigen Auctionen erstanden worden, und das dankenswerthe Geschenk des Hrn. Oberlehrers, Coll.=Rath Starke, bestehend in einer beträchtlichen Anzahl brauchbarer und werthvoller Bücher; so wie der Ankauf mehrerer mathematischen Instrumente aus dem Nachlasse des verstorbenen Hofraths Keußler, namentlich eines großen Dollond'schen Fernrohrs und zweier Globen von Garry, für die Summe von 1299 Rubel 79½ Kop. Leider kann aus Mangel an Raum die Instrumenten=Sammlung nicht so aufgestellt werden, wie es nothwendig und passend wäre.

Diesesmal wird die öffentliche Prüfung im Gymnasium am 1. Julius Vormittags von 8 bis 12 Uhr und Nachmittags von 3 bis 5 Uhr statt finden. Die Gegenstände werden folgende seyn:

In Prima:

Religion, Herr Oberlehrer, Consistorialrath u. Ritter Dr. Grave. — Lateinisch, Hr. Oberlehrer Laurenty. — Russisch, Herr Oberlehrer Bärnhoff. — Griechisch, Herr Oberlehrer Dr. Sverdsjå.

In Secunda:

Litterärsgeschichte, Herr Oberlehrer, Coll.=Rath Starke. — Lateinisch, Herr Lehrer Rath Knorre. — Griechisch, Herr Oberlehrer Dr. Sverdsjå. — Mathematik, Herr Dr. Deeters.

In Tertia:

Russische Geographie, Hr. Rath Swätnoi. — Lateinisch, Hr. Lehrer Kühn. — Allgemeine Geschichte, Herr Oberlehrer Laurenty. — Religionsgeschichte, Herr Oberlehrer Pastor Taubenheim.

In Quarta:

Religion, Herr Pastor Taubenheim. — Griechisch, Herr Rath Knorre. — Arithmetik, Herr Dr. Deeters. — Russisch, Herr Oberlehrer Wärnhoff.

In Quinta:

Deutsche Sprachübung, Hr. Coll.=Rath Starke. — Lateinisch, Hr. Kühn. — Russisch, Herr Rath Swätnoi.

Am folgenden Tage, den 5. Julius, wird die feierliche Entlassung der zur Universität abgehenden Schüler der ersten Klasse statt haben, und der Actus durch eine Rede des Herrn Oberlehrers Dr. Sverdsjå erdffnet werden.

Dann werden folgende Jünglinge, welche ihre Studien, nach Beendigung des Gymnasialcursus, auf der Universität fortsetzen wollen, auftreten:

Victor von Ziemroth, aus Kurland, 21 Jahre alt, Mediciner, stellt in russischer Sprache eine Vergleichung Boris Godunow's mit Olivier Cromwell an.

Andreas von Wittorf, aus Livland, 19 Jahre alt, Mediciner, spricht lateinisch über das Scheiden aus gewohnten Lebensverhältnissen.

Theodor Doß, aus Riga, 19 Jahre alt, Jurist, griechisch: Parallele zwischen Leonidas und Marco Bozzaris.

Leonhard Frohbeen, aus Riga, 18½ Jahre alt, Mediciner, schildert deutsch das Erhebende in dem Entschlusse, sich der Arzneikunst zu widmen.

Hierauf wird der Gouvernements=Schuldirector das Wort nehmen, den Abgehenden ihre Zeugnisse der Reise überreichen, sie entlassen, und die Versetzungen in höhere Klassen bekannt machen; und zuletzt wird der Primaner Heinrich Pierzon, im Namen seiner Mitschüler, den Abgehenden Lebewohl und der geehrten Versammlung für die geschenkte Theilnahme ehrerbietigst Dank sagen.

In der Domschule wird die öffentliche Prüfung am 6. Julius, von Morgens 9 Uhr an, in folgender Ordnung gehalten werden:

In Prima:

Religion, Herr Candidat Mödler. — Russisch, Herr Rath und Ritter Lysarch, gen. Rdnigk. — Latein, Herr Inspector Rath Dr. Fdrster. — Physik, Herr Rath Schidun. — Griechisch, Herr Rath Dr. Fdrster.

In Secunda:

Deutsche Sprache, Herr Coll.=Secr. Hartmann. — Geschichte, Herr Candidat Mödler. — Geometrie, Herr Rath Schidun.

In Tertia:

Naturgeschichte, Herr Coll.=Secr. Hartmann. — Deutsche Sprache, Herr Rath Dr. Förster.

In jeder Klasse werden die Censurzeugnisse öffentlich verlesen und den Schülern ausgetheilt werden.

Das Examen in der zweiten Kreisschule wird am 7. Julius, Vormittags von 9 Uhr an, folgender Gestalt stattfinden:

Religion in allen drei Klassen, Herr Inspector Rath Voigt.

In der Handelsklasse:

Englisch, Herr Rath Rdsf. — Russisch, Herr Rath Meschinzow.

In der oberen Klasse:

Geometrie, Herr Inspector Rath Voigt. — Französisch, Herr Rath Rdsf. — Geographie, Herr Lehrer Schwach.

In der unteren Klasse:

Russisch, Herr Rath Meschinzow. — Geschichte, Herr Schwach.

Zum Schlusse werden die Censuren verlesen und die Zeugnisse ausgetheilt.

Am Nachmittage des 7. Julius, von 3 Uhr an, wird die öffentliche Prüfung in der russischen Kreisschule oder dem Katharindam stattfinden und zwar:

Religion in beiden Klassen, nach dem griechischen Bekenntniß, Herr Inspector Rath Tweritinow; nach dem Lutherischen, Herr Gov.=Secr. Berner.

In der oberen Klasse:

Geometrie, Herr Rath Pawlowsky. — Russische Sprachlehre, Herr Inspector Rath Tweritinow. — Deutsch, Herr Gov.=Secr. Berner.

In der unteren Klasse:

Geschichte, Herr Inspector Tweritinow. — Arithmetik, Herr Rath Pawlowsky. — Deutsch, Herr Gov.=Secr. Berner.

Am Schlusse werden die Censurzeugnisse verlesen und vertheilt.

Se. Excellenz, der Herr Kriegs=Gouverneur von Riga, General=Gouverneur von Liv-, Est- und Kurland, Curator des Dorpatischen Lehrbezirks, Senateur, General=Lieutenant und vieler hohen Orden Ritter, Baron von der Pahlen, Se. Excellenz, der Herr Civil-Gouverneur von Livland, wirklicher Staatsrath und hoher Orden Ritter, von Fdikersahm, Se. Hochgeboren, der Herr Vice=Gouverneur, Staatsrath und mehrerer Orden Ritter, Dr. von Cube, Se. Hochwohlgeboren, der Herr Delegirte der Schulcommission der Kaiserlichen Universität Dorpat, Collegienrath und Professor Dr. Sartorius, sämtliche Behörden des Landes und der Stadt, die Hohehrwürdige Geistlichkeit aller Confessionen, die Aeltern und Vormünder der Schüler, alle Freunde der Jugendbildung und Gönner der Schulanstalten — werden hiedurch ehrfurchtsvoll und ehrerbietigst eingeladen, diese Schulfeierlichkeit mit Ihrer Gegenwart hochgeneigtest und gütigst zu beehren.